

Nec desunt autem rationes, quibus, vt hanc partem seperatim ede-  
rem, sum adductus. Fateor me eo ipso permotum esse, quod res non mini-  
mi sit momenti, codicum notitiam sistere, quibus B. Lutherus in conficienda  
Interpretatione fuerit vsus. Commodam enim, Lutheri honorem, contra  
obtretractores vindicandi rationem esse, iudico. Ea quoque de causa, hoc  
meum institutum, omnibus, qui Lutherum, ejusque venerantur merita, non  
plane ingratum futurum esse confido. Praeterea, fautorum et amicorum  
causa, quibus conatus mei perspecti erant, hunc subii laborem, ne me promissi  
oblitum esse autument. Qua occasione insignem Vener. D. Cypriani, Theo-  
logi Gothani celeberrimi, et J. C. Olearii Inspectoris Arnstadiensis longe me-  
ritissimi, beneuolentiam, laudibus efferre obstrictus sum, quorum prior Cod.  
MStum Tetrateuchi Euangelici, quem Bibliotheca Gothana asseruat, posterior  
autem plurima Lutheri Autographa, humanissime mecum communicauit.

Ceterum de duobus lector adhuc est monendus. Primum ad De-  
signationem Codicum Germanicorum, quos ipse possideo, spectat, quam huic  
libro permisi. Varia autem, quae eandem exhiberi suaderent, nihil quod  
vetaret, fuisse confiteor. Eum enim in finem, eandem adjeci, vt me, omni-  
bus subsidiis, quae ad hoc negotium rite perfungendum omnino requiruntur,  
non plane destitutum esse, demonstrarem, et Lectori persuadeam, me instar  
testis oculati, nil, nisi indubitata referre, quae codicibus ex quibus deprompta  
sunt, ex asse respondent. Licet enim in illis circumstantiis, quae vel iudicio  
meo, vel coniecturis relicta fuerunt, me falli potuisse lubenter concedam, in  
iis autem lectionibus, quae in codicibus, quos asseruo, continentur fidem  
mihi Lectorem habiturum esse, certissime mihi persuadeo. Praeterea et iis  
me operam daturum esse spero, quos Codices hosce conferre, vel eosdem  
cognoscere iuuat. Varii enim inter eos deprehendentur, quos vel plane in-  
teriisse, vel seorsim vix obuios esse, quidam contendunt, ad quos 7 Psal-  
morum, poenitentialium a Luthero vernacula donatorum editio anni 1517,  
omnino referri potest: etc.

Ich habe kein Bedenken getragen, diese, obgleich etwas ausführliche  
Stelle hieher zu schreiben, weil sie verschiedenen wichtigen, zu dieser Arbeit  
gehörigen Umständen, ein sehr gutes Licht mittheilet. Ich muß indessen be-  
kennen, daß ich nicht einsehen kan, was den sel. Herrn Verfasser bewogen,  
diesen Tractat, welchen ich bey der Handschrift in deutscher Sprache habe, aus  
derselben in die lateinische zu übersetzen. Indessen lehret mich der Augen-  
schein, daß er solchen in der Uebersetzung merklich vermehret und verbessert  
habe. Ich werde, wenn die göttliche Vorsehung mich in die Umstände setzen  
solte, an der Fortsetzung dieses Werkes arbeiten zu können, diesen Tractat,  
wieder in die erste Sprache übersetzen; allein, da die darin enthaltene Mate-  
rien, seit der Zeit, weit mehr bearbeitet, und in ein weit größeres Licht gesetzt  
worden; so wird derselbe so viele Verbesserungen und Zusätze erfordern, daß  
er bey nahe als ein ganz neues Werk erscheinen wird.

Daß das Werk selbst, in seiner Art, unter denen, die bisher in diesem  
Fache zum Vorscheine gekommen sind, das vollständigste und zuverlässigste sey,  
ist theils daher offenbar, weil der Herr Verfasser bey einem solchen Borrathe  
von

von